



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

B

379

B5

UC-NRLF



\$B 287 152

YB 23656


LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF CALIFORNIA.


GIFT OF


Born Lurie

Class









14N 6 1912

DE IOANNIS STOBAEI
EXCERPTIS PLATONICIS
DE PHAEDONE

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
IN UNIVERSITATE LITTERARUM BONNENSI
OBTINENDOS SCRIPSIT




ERNESTUS BICKEL

LIPSIAE
TYPIS B. G. TEUBNERI
MCMII



ANTONIO ELTER

B379
P5



Orationis Platonicae pars magna non modo libris qui Platonem ipsum continent, verum etiam illorum scriptorum membranis traditur, qui verba Platonis citaverunt. quamquam autem ex testimoniis, quorum numerus paene infinitus est, exiguum tantum fructum recensio- ni quae dicitur operum Platonis redundare non nulli existimant¹⁾, tamen inter omnes constat ad historiam memoriae Platonicae inlustrandam plurimum interesse naturam eorum quoque quae veteres scriptores inspexerunt exemplarium philosophi quam maxime exploratam habere. qui historiam textus Platonici enarrare conantur in duas quaestio- nes incurrunt quae nisi testimonia scriptorum evolvuntur aliter ex- pediri nequeunt. sed ut in propatulo sit quibus de rebus agatur, disputatio paulo altius repetenda videtur.

inde ab illa aetate qua dialogi academici in vulgus editi sunt usque ad graecitatem cadentem multa eorum exemplaria uni cuique saeculo suppetivisse propter causas gravissimas, quarum non nullas si placet adducam, probabile est. Hermodori bibliopolae velim tibi in mentem veniat.²⁾ deinde in testamento Platonis etiam de scriptis eius actum fuisse monere utile est.³⁾ cum discipulos philosophi opera magistri sedulo coluisse sumendum sit, tum Philippum Opuntium memoriae Platonis servandae operam navasse traditum habemus.⁴⁾ praeterea inter Alexandrinos grammaticos Aristophanem Byzantium in scriptis Platoniceis disponendis edendis versatum esse scimus.⁵⁾ antigraphea Platonica Atticiana in manibus doctorum fuisse Galenus testis est.⁶⁾ inter viros Platonis studiosos etiam Cicero et Plutarchus referendi sunt; paucos eorum memorare satis habeo, plures uni cui- que puto succurrent. de illis temporibus dixi quibus dogmata Plato- nis nemini fere probabantur. iam vero inde ab aetate Calvisi Tauri usque ad tempora Iustiniani quam ampla philosophi divini qui voca- batur memoria fuerit notissimum est.

similiter tunc cum nova academia, illam dico cui Psellus prae- erat, condita est⁷⁾, scripta Platonica apud homines litteratos perva-

1) cf. Schanz, ed. Plat. I praef. p. 10.

2) cf. Cic. Att. 13, 21 a, 1 dic mihi placetne tibi primum edere in- iussu meo? hoc ne Hermodorus quidem faciebat, is qui Platonis libros solitus est divulgare, ex quo λόγοισιν ἑρμώδωρος.

3) cf. Laert. Diog. 3, 43. 4) cf. ibid. 3, 37. 5) cf. ibid. 3, 61.

6) ad Tim. p. 77 C. cf. Usener, Unser Platontext, Gött. Nach. (1892) p. 207.

7) cf. Überweg-Heinze, Grundrifs d. Gesch. d. Philos. II p. 216.

gata fuisse certum puto, quamvis nullum de nostris libris Platonicis Psello vivo exaratum esse memorandum sit.¹⁾ at Psellus eiusque sodales non primi inter Byzantinos memoriam Platonis redintegravere. iam nono saeculo p. Chr. n. exeunte traditionem Platonicam Byzantinis variam suppetivisse probari potest. pervenere enim ad nos libri illa aetate scripti Oxoniensis 39²⁾ Parisinusque 1807³⁾; et quamquam hic alias atque ille tetralogias continet, septima tetralogia neque in *B* neque in *A* legitur, tamen bipertitam Photi temporibus memoriam summae partis operum Platonicorum fuisse vel ex ipsa nostrorum librorum condicione elucet. plerosque enim dialogorum, qui libris *B* et *A* traduntur, etiam recentioribus membranis tradi quae a vetustissimis illis *B* et *A* derivari nequeunt, inter omnes constat.⁴⁾ praecipue autem in iis scriptis quae praeter Venetum *T* aliosque libros recentiores recentissimosque etiam *B* rettulit, codices nostri permultis lectionibus iisque gravissimis inter se discrepant, ita ut complures recensiones sermonis Platonici nobis suppetere dicendum sit.⁵⁾ tamen ad eruendum num plena recentiorum librorum traditio iam Photiana aetate vigerit, etiam altiore indagine opus esse apparet. ita fieri potuit ut codicum recentiorum memoriam tantum non omnem per saecula Photianum excipientia ortam esse Cobetus coniceret⁶⁾, ut Cobeti sententiam Schanzius qui post Bekkerum editionem criticam Platonis curandam suscepit amplecteretur. etiamsi igitur singulis libris Platonis inter se comparatis praeter *B* etiam archetypum alterum codicum nostrorum fuisse evincatur, tamen complures recensiones quas dicimus Photiana aetate dialogorum floruisse hac via demonstrari non posse vides. contra ita quaestionem de fontibus recentiorum librorum Platonis prorsus profligare licebit, ut cum his libris testimonia veterum componamus. ex testimoniis nullo negotio quisquis discere potest proprietates vel recentissimorum codicum Platonicorum plurimas ad antiquitatem ascendere, licentiae scribarum Byzantinorum perperam tribui.

in hac igitur re pars prior lucri quod e scriptorum testimoniis

1) scriptura quorundam veluti Tubingensis *C* (cf. Schanz, 'Nov. Comm.' p. 159) Venetorumque *D* et *T* (cf. Schanz, 'Studien' p. 5, 'Platocodex' p. 1) proxime ad Pselli aevum accedit.

2) cui apud Bekkerum nota \mathfrak{A} , apud Schanzium nota *B* est. cf. Nov. Comm. p. 105.

3) de Parisino *A* et ipso nono saeculo scripto cf. Schanz, Studien p. 2.

4) cf. lacunas quibus vetustissimi libri laborant repletas in recentioribus libris. cf. Schanz, Studien p. 87 sq. Plat. I praef. p. 9. II praef. p. 8.

Schanzium putare 'in iis dialogis qui Bodleiano et Parisino traditi essent, nobis ipsum archetypum librorum omnium nostrorum servatum esse' temere contendit A. Schaeffer, quaest. Plat. (1898) p. 3.

5) cf. Schanz, Studien p. 46—48.

6) cf. Mnemos. 9 (1860) p. 339 'videmus etiam nunc quum Platonis codices vetustissimos cum recentissimis componimus . . . quantum damni Platonicae orationi saecula quinque vel sex importaverint.'

historiae dialogorum academicorum fit, posita est. ex testimoniis certissime cognoscitur anno 896 quo liber *B* scriptus est, etiam alterum fontem prorsus a *B* alienum tetralogiarum quas *B* continet fuisse. atque simili modo ex testimoniis descendum est, num quibus scriptis libro *A* traditis a vetustissimo illo codice uno omnis lux et salus petenda sit. sola in septima tetralogia, quippe quam nulli libri nisi recentiores¹⁾ servaverint, ne testimoniis quidem in auxilium vocatis accurate definiri poterit, quaenam ipsa Photiana aetate condicio memoriae fuerit. sed quot libri nostrorum ab aliis non pendeant, in hac quoque tetralogia excerpta scriptorum facile docebunt.

at parum est eo uno consilio testimonia evolvere, ut historia memoriae Platonicae inde ab illis temporibus quibus nostrorum librorum antiquissimi scripti sunt, exploretur; quae ratio inter archetypa Photiana aetate exarata nostrorum librorum et volumina ab antiquis usurpata Platonis intercedat testimoniis erui posse praecipue speramus. antiquis saeculi cuiusvis usque ad interitum sectae neoplatonicae multa exempla dialogorum academicorum prompta fuisse supra nobis veri simillimum visum est; e contrario numerum magnum nostrorum codicum Platonis ad archetypa satis pauca²⁾ redire nemo infitias ibit: ergo manifestum videtur permultos libros philosophi ineunte media aetate pessum datos oblitteratos deperditos esse, ea igitur quae nuper Wilamowitzius³⁾ de ruina per septimum octavumque saeculum p. Chr. n. in litteras Graecas inrumpenti prolocutus sit, etiam in historiam textus Platonici cadere. sed cum omnium scriptorum labem aequae perniciosam fuisse vix credibile sit, tum Platonis opera, utpote quorum memoriam anno 896 variam fuisse demonstrari possit, dubito an numquam funditus perire⁴⁾ periclitata sint; operum Platoniorum vide ne tot exempla vel post eum quem aevum Photianum excepit, artium situm diuturnissimum a Photio

1) praeter ceteros Veneti append. class. 4 cod. 1 et 189, Vindobonenses suppl. 7 et 55. at in Hippiam maiore Marcianus 189 neglegendus et loco eius Vindobonensis 21 adsumendus videtur. cf. Schanz, Plat. IX praef.

2) e magna copia manu scriptorum librorum Platonis sano ac felici iudicio I. Bekkerum suos elegisse eiusque ex adnotatione critica fere totam varietatem scripturae, quae Byzantinis suppetebat, cognosci posse nunc bibliothecis iterum iterumque pervestigatis statui debet. imprimis inter lectiones librorum Stallbaumi paucissimae tantum inveniuntur, quae quamquam memorabiles in nullo codicum Bekkeri recurrant; atque idem valet in codices Rempubliam offerentes a Schneidero conlatos. tamen pauci libri a Bekkeris ex parte vel toti neglecti ut Tubingensis Vindobonensis suppl. 7 Venetus append. class. 4 cod. 1 merito post Bekkerum protracti sunt.

3) Aeschylus, Orestie II p. 143.

4) veluti Latinorum scriptorum multi per medium aevum prorsus latuere, donec studiis antiquarum litterarum renascentibus singula eorum exemplaria, omnium nostrorum librorum archetypa ab interitu retracta sunt.

eiusque sociis indagata excussa conlata sint, ut classes librorum diversis generibus antiquorum codicum responderent. num iure docti¹⁾ archetypon unicum nostrorum exemplarium Platonis media aetate scriptum posuerint, quaerendum est.

hanc quaestionem testimoniis veterum in censum vocatis dirimere licebit. qua tamen in re caute agendum erit; non enim, si excerpta scriptorum propriis lectionibus scaterere demonstratum est, idcirco nostros libros Platonis ex uno archetypo mediae aetatis fluxisse apparebit. nimirum in hac quaestione utile est ea memoria tenere quae propter Plautum Leo²⁾ dixit: 'zu erkennen . . . ob eine Übelieferung einheitlich oder mannigfaltig ist, muß man die Übereinstimmung der Zeugen untersuchen, nicht ihre Abweichungen von einander.' ut ad profligandam quaestionem quae de archetypo Platonico est inlustrare necessarium videtur, quibus scripturis nostra exemplaria dialogorum inter se congruant, ita statuendum erit num apud scriptores lectiones Platonicae speciem veritatis offerentes nitoreque antiquitatis splendentes obviam fiant, quae a libris qui extant philosophi omnibus alienae sunt. nisi nostros libros Platonicos vitiis lacunis communibus laborare cognitum erit e testimoniis, testimonia libros nostros ad unum fontem redire nemini persuadere poterunt.

haec tibi iis locis rata esse velim, ubi scriptores ab omnibus membranis Platonice discrepare reperis. iam vero ad illas testimoniorum lectiones accedimus quae in singulis libris Platonice vel in familiis singulis eorum recurrunt. quibus locis allatis sententiam vulgarem de communi codicum Platonice archetypo prorsus refelli posse sperandum est. nam ex testimoniis eas codicum singulorum lectiones ad antiquitatem ascendere sciri poterit quas reliquorum librorum scripturis posthabendas esse pateat. quo in genere monendum est, ubi menda certa singulorum librorum apud scriptores obviam sunt, nostra exemplaria philosophi ex compluribus exemplis antiquis manasse facile perspici. sed ut absurdum videtur, si qui libri rarius cum scriptoribus faciunt, eos malae fidei convictos esse putare, ita etiam ex usu Platonice e conexu sententiarum lectiones a scriptoribus alienas traditioni deberi probandum erit. clarissime vero illis locis nostram memoriam Platonice ex diversis libris priscis pendere inlustratur, ubi pluribus testimoniis suppetentibus codices nostri in easdem lectiones atque scriptores discedunt.

deinde alteram viam excerpta scriptorum suppetant qua qui memoriam Platonice simplicem esse volunt refutari possunt. maiore enim copia testimoniorum in medium producta haud alienum videtur quaestionem movere, an excerpta veterum ipsa in diversa genera classibus librorum nostrorum respondentia discernere liceat. ita non

1) Schanzium praecipue dico (cf. Studien p. 23 sq.), etiam Schaefferum (cf. l. c. p. 66).

2) Plautinische Forschungen p. 2.

modo generaliter ex testimoniis effici poterit variam priscam traditionem in nostris libris Platonis obviam esse, sed fortasse etiam ipsas recensiones librorum certorum iam antiquitate viguisse probabile videbitur.

eam igitur quaestionem qua antiqui archetyporum librorum Platonis fontes inlustrentur, etiamsi loci scriptorum auxilio arcessantur, contortam et difficilem esse patet; multo facilius testimoniis expeditur, quae ratio inter singulas membranas quae aetatem tulere Platonis intersit. nimirum omnes ad unum illos codices ad antiquitatem ascendere certum est in quibus lectiones scriptorum nullis aliis libris relatae comparent. qui autem codices testes peculiare orationis Platonicae sunt, num ad unum archetypum redeant quod excerptorum Platonis aetate recentius sit, e simplici comparatione testimoniorum cum libris Platoniciis non item intellegitur. cum periculum sit, ne omnibus singulorum codicum scripturis quae a testimoniis abhorrent pro noviciis habitis e peculiari quamvis pessima memoria scriptorum concludatur nostros libros ex uno eodemque exemplari fluxisse, ad quaestionem de archetypo Platónico profigendam lectiones scriptorum diligenter ponderare et sua quamque disputatione critica prosequi necessarium est.

historia autem dialogorum academicorum explorata manifestum erit quas leges recensio sequi debeat. praeter quod perspectum habebimus qui codices ex libris deperditis apti sint, etiam patebit num illa quibus recensionem niti oportet exempla in classes distinguere ad textum recte constituendum expediat. libros complures quorum communis fons amissus insigni lectionum consensu indicetur classi certa comprehendere ad recensendum Platonem perutile esse negari nequit; at ut suspicio non abest quin quidam codices Platonis singuli e compluribus fontibus suspensi sint, ita fore ut ea quae ex condicione nostrorum librorum de familiis eorum efficiuntur, testimoniis aut certius probentur aut corrigantur putandum est. etiamsi plurimis locis libri Platonici in easdem partes discedant, tamen ad rem criticam in Platone factitandam distinctio classium nullum usum afferet, nisi singulis libris singularum familiarum inter se consentientibus totam traditionem Platonicam praebere certum habuerimus. — quantum vero ad priscam Platonis memoriam via ac ratione resuscitandam scire intersit, utrum ex uno an e compluribus exemplis veterum nostri libri pendeant, non est quod explicem.

verum ut quaestio de historia dialogorum Platonis instituta praemunita via ad umbilicum adducatur, porro monendum est suam quemque dialogum disputationem requirere. nam non modo libri et numero et genere diversi diversos dialogos nobis suppeditant, verum etiam eorundem codicum indolem in aliis dialogis aliam esse docti dudum viderunt. Vaticani 225 partem maiorem de Bodleiano

descriptam esse Schanzius detexit¹⁾; quem tamen librum in quibusdam dialogis ut in Phaedone a *B* solo derivari non posse constat. in toto codice Bessarione possessore nobilitato eadem scriptura speciosa obviam est²⁾; fontes libri quam maxime variant.³⁾ verendum igitur est, ne qua membrana recentissima, etiamsi in non nullis dialogis utpote a libro servato ducta negligi debeat, in scriptis ab antiquis praecipue perlectis⁴⁾ memoria lautiore utatur.

neque diu dubius haerebam, a quonam dialogo in comparandis testimoniis cum codicibus Platonis exordium sumerem. nimirum a scriptis libro Oxoniensi traditis incipere par fuit; inter haec autem praeter Erastas Phaedonem id esse constat in quo memoria librorum Platoniorum ipsa maxime variatur.⁵⁾ idcirco non sine causa in hoc dialogo primo quaerendum putavi, quibus potissimum libris singula testimonia astipulentur.

praeter ceteros autem scriptores, qui Platonica suis operibus inseruerunt, excerptorum et numero et amplitudine excellit Ioannes Stobaeus. anthologium Ioannis propter causas complures mihi maxime idoneum visum est, a quo quaestio de historia dialogorum Platonis ordiretur. primum enim scriptorem cadentis graecitatis electum volui; nam quae genera memoriae Platonicae Photi temporibus viguere, ea, si modo priscae originis sunt, apud scriptores exeunte antiquitate florentes potissimum indagari posse putandum est. deinde certae causae suadebant, ut ceteris infimae aetatis excerptoribus Stobaeus anteferretur. philosophos enim neoplatonicos atque scriptores christianos, qui suarum argumentationum verbis verba Platonica intexuerunt, hic illic a memoria quae eis ante oculos erat recessisse, menda scripturae sustulisse suspicio est; at eclogario qui id tantum ageret, ut excerpta in opere recepta titulis accommodata essent quos cuique capiti praefixerat, singulis locis lectionem exemplaris adhibiti recognoscere cura remotior erat. ita fidelissime apud gnomologum priscae Platonis traditionem redditam esse veri simile videtur. nec non ideo in hac quaestione Stobaeum evolvere fas est, quia diversa genera memoriae Platonicae in opere eclogarii obviam fieri merito sumitur.

de Phaedone

priusquam Stobaeanae lectiones Phaedonis⁶⁾ cum lectionibus librorum Platonis componantur, praeter ea quae iam in universum de codicibus

1) cf. Studien p. 51. 2) cf. Studien p. 4.

3) cf. Schanz, Platocodex p. 89 sq.

4) traditum est non nullos dialogos a veteribus praeter ceteros tractatos esse. cf. Hermann, Plat. VI p. 219.

5) cf. Schanz, Studien p. 48.

6) tantum non omnes loci Phaedonis a Stobaeo citati in ea parte anthologii quam Wachsmuth et Hense edidere reperiuntur. inter ampliores

Platoniciis dicta sunt, etiam non nulla de numero et condicione librorum Phaedonem continentium praemittere necessarium est. Schanziana dialogi recensio libris scriptis quattuor, Bodleiano *B* Crusiano *C* Venetis *D* et *E* nititur, quorum libros *BCD* vinculo necessitudinis artissimo inter se coniunctos esse neminem fallere potest, ita ut hi libri memoriam classis prioris a Schanzio statuta exhibeant. ex altera autem parte unum Venetum *E*, codicem in usum Bessarionis cardinalis, discipuli Gemisti Plethonis scriptum editor sibi quasi exemplar totius familiae sumpsit, eiusque scripturas non minore diligentia adnotavit quam lectiones librorum multo vetustiorum *BCD*. verum nunc Schanzius ne ipse quidem quattuor illos libros, quorum lectiones in adnotatione critica congegit, archetypos omnium librorum Phaedonis esse iudicat. familiae quam dixit priorem praeter *BCD* etiam codices quattuor, quos Bekker notis $\Delta\Phi Gs$ signavit, attribuit.¹⁾ deinde ab illis septem libris unius generis Bekkerianos $ACEHJL$ ²⁾ maxime discrepare censuit, qui omnes a Veneto T ³⁾ derivati fidelissime memoriam alterius familiae librorum Phaedonis offerrent. simul certo limite duas classes librorum distingui non posse Schanzius concedens non nullos codices in parte priore ab altera familia, in posteriore a priore stare edixit. atque inter huiusmodi libros in libello qui inscribitur 'Ueber den Platocodex der Markusbibliothek'⁴⁾ ipsum Venetum *E* nunc numeravit quem tunc cum Phaedonem edebat, idoneum putabat, qui instar omnium librorum alterius classis imaginem repraesentaret. quae cum ita sint, praeter Schanzianos etiam Bekkerianos libros in censum vocandos esse patet.⁵⁾

earum quas Stobaeus e Phaedone desumpsit eclogarum prima $\acute{\omega}\varsigma \acute{\alpha}\tau\omicron\pi\omicron\nu \dots \eta\delta\acute{\upsilon}$ (p. 60 B—C) reperitur in libri I capite L (Wachsmuth I p. 477, 22—478, 9) praemisso lemmate $\Pi\lambda\acute{\alpha}\tau\omega\nu\omicron\varsigma \acute{\epsilon}\kappa \tau\omicron\upsilon \Phi\alpha\acute{\iota}\delta\omega\nu\omicron\varsigma$. differentia scripturae haec est:

eclogas unius memoriam (c. 120, 31 $\beta\alpha\beta\alpha\acute{\iota} \dots \acute{\alpha}\pi\alpha\lambda\lambda\acute{\alpha}\tau\tau\epsilon\sigma\theta\alpha\iota$ p. 84 *D*—85 *B*) ex apparatu Gaisfordiano petivi. — deinde praemitto in constituendis gnomologii verbis lectiones alterius manus codicis Parisini 'Eclogarum' (cf. Wachsmuth, prol. p. 27) plane omittendas esse. eas enim Elter e codicibus Platoniciis interpolatas esse mihi affirmavit.

1) cf. Platocodex p. 66.

2) distinguendi sunt Bekkeri *C* (Parisinus 1809) et Schanzi *C* (Tubingensis); item Bekkeri *E* (Parisinus 1811) et Schanzi *E* (Bekkeri Ξ).

3) varias lectiones huius libri nondum publici iuris factas esse sane dolendum est. 4) p. 66 et p. 89—108.

5) quia tamen Schanzi notas librorum quoad attulit cum Wachsmutho et Henseo editoribus Stobaei usurpare volui, sigla Bekkeriana uncis saepsi; quo factum est ut nil incommodi habeat quod litterae *C* et *E* alios libros apud Schanzium, alios apud Bekkerum significant. hae igitur sedecim notae in tabellis variarum lectionum obviam erunt $BCDE (\Delta\Phi Gs ACEHJLTI)$. praeterea uno quoque loco invenies notam *v* qua codices reliqui praeter eos quorum propria nota adscripta est comprehenduntur. de d^1 quid valeat cf. Schanz, ed. p. 89, 3. Studien p. 5.

p. 60 B

= 477, 22 $\xiοικεν = d^1 (\Delta \Phi Gs)$ 22 $\tauοῦτο = BCd^1Ev$ 24 — — $\epsilonἶναι = BCd^1Ev$ 24 $\tauὸ \lambdaυπηρὸν = BCd^1Ev$ 24 — $\tauῶ \acute{\alpha}\muα = Eb d^2v$ 24 — — $\alphaὐτῶ = BCd^1Ev$ 25 — $\Theta\acute{\epsilon}\lambdaειν = Ev$ 25 — $\text{παραγίγνεσθαι} = B$ 478, 1 — — $\acute{\epsilon}\tauερον = BCd^1Ev$ 1 $\kappaαὶ \lambdaαμβάνη = Bd^1Ev$ 1 $\tauι = BCd^1Ev$ 1 $\acute{\alpha}\nuαγκάζεσθαι \acute{\alpha}\epsilonὶ = Ev : \kappaαὶ$
 $\text{pro } \acute{\alpha}\epsilonὶ \text{ (pr. } G) : \acute{\alpha}\epsilonὶ \acute{\alpha}\nuαγ-$
 $\kappaάζεσθαι (\Phi s)$ 1 — — $\acute{\alpha}\nuαγκάζεσθαι = BC$
 d^1Ev 2 $\acute{\eta}\muμένω = Ed^2v$ 2 — — — $\deltaυοῖν \tauε$ 5 — $\acute{\epsilon}\text{πειδὴ} = BCd^1Ev$ 5 — $\acute{\epsilon}\deltaύνατο = BEv$ 5 — $\text{συνῆψεν} = BCEv$ 5 $\alphaὐτῶν = Ev$ 6 — — — $\acute{\omega}\nu$ 7 — — $\acute{\omega}\sigma\text{περ οὖν καὶ αὐτῶ}$
 $= BCd^1Ev$ 8 — $\alphaὐτῶ \muοι = BCd^1Ev$ 8 $\acute{\eta}\nu \acute{\epsilon}\nu \tauῶ \kappa\acute{\epsilon}\lambdaει = BCEv$ 9 $\acute{\alpha}\lambdaγείν = Ev$ 9 — — $\delta\eta = BCd^1Ev$ $\xiοικέ \tauι BCEv$

om. (G)

 $\epsilonἶναι \kappaαὶ (\Delta)$ $\lambdaυπηρὸν (\Phi \Delta E J T)$ $\tauὸ \acute{\alpha}\muα BCd^1 (1)^*$ $\alphaὐτὸ (\Delta J) : \text{om. } (s)$ $\acute{\epsilon}\theta\acute{\epsilon}\lambdaειν BCd^1 (\Delta \Phi Gs C)^2$ $\text{παραγίγνεσθαι } CE d^1 (s)$ $\acute{\epsilon}\tauερον \acute{\epsilon}\xi\eta (J)$ $\kappaαὶ \kappaαταλαμβάνη C$ $\tauι \alphaὐτὸν (\Delta)$ $\acute{\alpha}\nuαγκάζεσθαι BCd^1 (\Delta)$ $\acute{\alpha}\nuαγκάζεται (I)$ $\text{συνημμένω } BCd^1 (\Delta \Phi G) : \text{cu-}$
 $\text{νηρημμένω } (s)$ $\deltaυ' \acute{\delta}\nu\tauε BCd^1v : \deltaύω \acute{\delta}\nu\tauε E$ $\acute{\epsilon}\text{πει } (J)^4$ $\acute{\eta}\deltaύνατο Cd^1 (\Delta \Phi Gs C)^5$ $\xi\upsilon\nu\acute{\eta}\psiεν d^1 (\Delta \Phi s)^6$ $\alphaὐτοῖς BCd^1 (\Delta \Phi s)$ $\acute{\omega}\nu \text{ Plat.}$ $\acute{\omega}\sigma\text{περ οὖν καὶ αὖ om } (s)$ $\alphaὐτῶ \acute{\epsilon}\muοι (J)$ $\acute{\epsilon}\nu \tauῶ \kappa\acute{\epsilon}\lambdaει \acute{\eta}\nu \text{ πρὸτερον } (\Phi s) :$ $\acute{\eta}\nu \acute{\epsilon}\nu \tauῶ \kappa\acute{\epsilon}\lambdaει \text{ πρὸτερον } d^1$
 (ΔG) $\acute{\alpha}\lambdaγεινόν BCd^1 (\Delta \Phi G \text{ et re. } \Gamma C)$ $\delta\acute{\epsilon} (J)$

varias lectiones quas plurimas locus brevissimus offert, diversum ad quaestionem solvendam valere consentaneum est. qua de re varietatem scripturae in certae rationis tabellam redactam proposui, ita ut uno conspectu lectiones vim similem habentes comprehendantur, dissimiles distinguantur. tota autem lectionis varietas in genera duo dividitur, quorum alterum eos locos complectitur ubi Stobaeus a singulis partibus nostrae memoriae Platonicae discrepat, alterum eos ubi gnomologus ab universa traditione codicum Platoniorum abhorret. deinde prior lectionum classis rursus in tres partes secanda est. eos enim locos ubi Stobaeus a singulis pluribusve libris Platonis propter menda plana eorum dirimitur a ceteris differentiis eius-

*) Numeri qui in hac sequentibusque tabellis leguntur ad appendicis numeros referendi sunt.

dem classis secernere necessarium est: scripturis quas cuique originis recentissimae esse sumere licebit nullum traditionis discrimen efficitur; cum igitur iam in inlustrando quantum quisque codex Platonis a Stobaeo distet, locorum quos dixi nullam mentionem facere in rem est, tum maxime in processu quaestionis iuvabit, quae menda aperta singularum familiarum codicum Platoniorum propria sunt, ea ab initio extra rationem reliquisse. nam explorato qui codex Platonius a Stobaeo proxime absit, num pro archetypa huius libri memoria recensio apud eclogarium obvia haberi possit quaerendum erit. quo in genere monendum est libros Stobaeo familiares a memoria apud eum reperta descendisse nullo iure dici, nisi peculiare lectiones, si quae sunt horum librorum tam ab excerptore quam ab aliis codicibus Platonis abhorrentes spurias esse apparuerit. ut igitur codicum qui ante alios cum Stobaeo conspirant proprietates omnes diligenter examinare necesse erit, ita de erratis horum librorum certissima quaeque a principio submovere ex re est. atque etiam illorum librorum menda manifesta qui praeter ceteros a Stobaeo abhorrent, a bonis eorum et dubiis scripturis segregata habere commodum est. cum enim ad illam quaestionem ascenditur, utrum nulla nisi ea librorum Platonis pars cuius memoria gnomologo praecipue probatur a traditione eius prognata sit, an demum post Stobaeum memoria Platonica in classes quae extant discesserit, in singulas lectiones librorum ab eclogario maxime discrepantium inquirendum erit. qua ab quaestione eas scripturas remotas esse expedit quas ultra Stobaeum recedere demonstrari posse sane desperandum est.

verum etiamsi illas memoriae differentias quae ex vitiis planis singulorum codicum Platonis originem trahunt spreveris, tamen ne reliqui quidem loci ubi libri philosophi fluctuant, pariter omnes idonei sunt ex quibus quae ratio inter classes librorum et Stobaeum intersit cognoscatur. nam ubi minutis codices Platonici inter se discrepant veluti usu formarum¹⁾ rebusque orthographicis²⁾, consensui partis alterutrius eorum cum Stobaeo aut nullum aut parvum pondus inest. et vilissimos quidem illos locos esse patet ubi eclogarius et pars librorum ea forma congruunt quae sola Platone digna, cui quae obstat a scriptore Attico aetatis qua Plato scripsit aliena est.³⁾ nimirum formas subditivas paucarum membranarum Platonis proprias item ut singulorum codicum lectiones prorsus insanas e recenti lapsu scribarum ortum trahere sumi debet. eorum autem locorum ubi de formis agitur quibus quae obstant et ipsae Platonicae procul dubio sunt⁴⁾, cautum puto tunc demum rationem habere, cum quid rei sit differentiis gravioribus⁵⁾ explanatum est. maxime vero illi loci inter

1) cf. θέλειν ἐθέλειν, γίνεσθαι γίνεσθαι, ἐδύνατο ἠδύνατο, σύν εὖν, μοί ἐμοί.

2) cf. τῷ τό. 3) cf. e. g. ἐδύνατο ἠδύνατο. 4) cf. e. g. μοί ἐμοί.

5) inter graviores differentias praecipue numeravi transpositiones verborum, mutata synonyma, verba addita aut neglecta excepto si καί pro τε καί, πάλιν pro πάλιν γε sim. posita inveni.

leniores differentias scripturae memorabiles esse videntur, ubi menda aperta textus Stobaeani in singulis libris Platonis recurrunt. atque hos locos ut ab iis secernerem quibus quae fundamento quaestionem niti volui, a me impetrare non potui; locis ceteris qui ad res minutas casui atque licentiae scribarum obnoxias spectant classis altera earum lectionum variarum constituitur quas tacite extra disputationem relinqui iustum sit.

has rationes secutus tabellam ita instruxi, ut in fronte eius de lectionibus quae Stobaeo cum singulis partibus nostrae memoriae communes sunt eae quae spuriae videntur omnes, reliquae, dubiae et verae, tantum ex parte legantur; de dubiis eae desunt quibus lenior differentia memoriae subest, de veris eae quae certissimis vitiis singulorum vel paucorum librorum Platonis opponuntur. cui primae classi lectionum Stobaei e dextra columna tabellae scripturas eiusmodi respondere videbis quae singulis libris Platonis vel familiis singulis eorum traditae aut verae sint aut veritatis speciem quamvis parvam praebent. una autem lineola a numeris paginarum remotos eos locos invenies, ubi Stobaeus cum quibusdam codicibus Platonis formis rebusque minutis talibus congruit quas aut pateat e stilo Platonis fluxisse aut scripturis obstantibus pares esse. quibus lectionibus in dextra laterculi columna scripturae aut vere ambiguae aut eae quae usu Platónico satis respecto improbandae sunt opponuntur. tertium denique tabellae locum illae Stobaei lectiones obtinent quae ut procul dubio genuinae sunt, sic in plerisque librorum Platonis recurrunt; quibus lectionibus errata plana singulorum pluriumve codicum Platoniorum respondent.

verum cum de locis quibus libri Platonis vacillant haud paucos in hac quaestione contemnendos esse probasse mihi videar, aliquotiens tamen rationem reddere par erit cur hos illos locos in numero neglegendorum recensuerim. his igitur ex adnotationibus appendicem¹⁾ factam vides, in qua indoles codicum singulorum Platonis tam mendis eorum gravioribus quam orthographia corrupta formis subditivis inlustrata est, deinde quorum verborum formam duplicem Plato adhibuerit, expeditum. quemadmodum autem qua orthographia quibus formis Plato usus sit singulis locis per se spectatis dispici non posse constat, ita ad eum locum quo diversa eiusdem vocabuli scriptura primo se obviam dedit, condicionem generalem unius cuiusque codicis Platonici librorumque Stobaeanorum adumbrare iustum putavi. certarum autem quarundam formarum explicato usu Platónico sic mihi indulti ut in tabellis differentias ad formas easdem spectantes adnotare desisterem.²⁾

1) notae in tabellis obviae, numeri per omnes eclogas ordine unico producti ad appendicem spectant.

2) ita semel significasse contentus fui scripturas γίνεσθαι pro γίνεσθαι, εὖν pro εὖν, αὐτοῦ pro αὐτοῦ, οὐτω pro οὐτω, δέ pro δαί, ἀν pro ἐάν, τὰ αὐτὰ pro ταῦτά, item omissionem litterae ν paragogaicae.

haec de iis Stobaei lectionibus quae inter se discrepantibus libris Platonis in parte altera obviae, ab altera alienae sunt in classes tres distinguendis dicere habui. restant solius Stobaei scripturae peculiare quas potissimum qui omnia nostra exempla Phaedonis ex uno archetypo post Stobaeum scripto fluxisse probare in animo habent protracturos esse patet. verum huius quoque generis locos aliquot utique spernendos esse vix est quod moneam. ut enim lectiones testimoniorum propriae genuinae videantur oportet, si ex iis nostros libros Platonis artiore necessitudinis vinculo inter se coniunctos esse appariturum est¹⁾, ita quibus vitis certis exempla quae exstant operis Stobaeani laborare conclamata res est, ea prorsus silentio praeteriri ratio postulat. huiusmodi igitur peculiaribus scripturis Stobaei seiunctis a reliquis quartum tabellae locum addixi; illas autem proprias lectiones gnomologi quibus qua veritatis species inest, plurimum a numeris paginarum distantes invenies.²⁾ qui de his locis pro priscae memoriae Phaedonis vestigiis in nostris libris oblitteratis habendi sint, attento animo quaerere nostrum erit.

qua ratione in comparandis testimoniis cum libris Platonis laterculos variarum lectionum instituendos esse putaverim, exemplo eclogae $\omega\varsigma \dots \eta\delta\acute{\upsilon}$ inlustratum habes; iam ex excerpti huius primi locis illis quibus momentum inest quid disci possit videndum est.

ac primum quidem quoniam ecloga $\omega\varsigma \dots \eta\delta\acute{\upsilon}$ nullae propriae lectiones Stobaei offeruntur, eam ad probandam originem communem nostrorum exemplarium Phaedonis nulli usui esse apparet. deinde loci in fronte tabellae inspiciendi sunt quibus libri Platonis variantur. p. 477, 22 pro vulgata lectione $\xi\omicron\iota\kappa\acute{\epsilon} \tau\iota$ legitur in Vaticano (Δ) eiusque adseclis (ΦGs) $\xi\omicron\iota\kappa\epsilon\nu$; idem testatur Stobaeus. tamen reliqua memoria peculiaris codicum ($\Delta\Phi Gs$) ab excerptore aliena est; discrepant enim hi libri singuli vel universi ab ecloga omisso p. 477, 22 $\tau\omicron\upsilon\tau\omicron$, additis p. 478, 1 $\alpha\upsilon\tau\omicron\nu$ p. 478, 8 $\pi\rho\acute{\omicron}\tau\epsilon\rho\omicron\nu$. propius autem a vetustissimis membranibus BC quam a recentioribus E ($ACEHJL$) familiam ($\Delta\Phi Gs$) abesse monendum est; p. 478, 2 $\sigma\upsilon\nu\eta\mu\acute{\epsilon}\nu\omega$ libri BC ($\Delta\Phi Gs$) membranibus E ($ACEHJLTI$) in vitis tradunt; similiter p. 478, 1 $\acute{\alpha}\epsilon\iota$ quod in BC deest neque in (Δ) invenitur neque in (ΦGs) a principio fuisse videtur; atque etiam duabus aliis scripturis, p. 478, 5 $\alpha\upsilon\tau\omicron\iota\varsigma$ p. 478, 9 $\acute{\alpha}\lambda\gamma\epsilon\iota\acute{\nu}\omicron\nu$, maior pars librorum ($\Delta\Phi Gs$) cum BC congruit. at ecce omnes eae lectiones quae consensu codicum BC (Δ) gravissimo probantur, apud Stobaeum desiderantur; nam cum libris E ($ACEHJL$) testatur gnomologus p. 478, 1 $\acute{\alpha}\nu\alpha\gamma\kappa\acute{\alpha}\zeta\epsilon\theta\alpha\iota \acute{\alpha}\epsilon\iota$ p. 478, 2 $\eta\mu\acute{\mu}\epsilon\nu\omega$ p. 478, 5 $\alpha\upsilon\tau\omicron\nu$ p. 478, 9 $\acute{\alpha}\lambda\gamma\epsilon\iota\nu$. ergo horum recentium codicum memoriam

prorsus enotare neglexi differentias prosodiae nec non scripturam et terminationis $\eta\iota$ (de qua cf. Meisterhans, gramm. inscr.³ p. 39 et 165. Schneider, Plat. Civ. I praef. p. 49 sq.). 1) cf. p. 8.

2) in ecloga $\omega\varsigma \acute{\alpha}\tau\omicron\pi\omicron\nu \dots \eta\delta\acute{\upsilon}$ nullum exemplum huius lectionum classis occurrit.

eclogae simillimam esse patet, plurimum autem ab ea distare Vaticani lectione $\xi\omicron\iota\kappa\epsilon\nu$ (p. 477, 22) respecta libros *BC* dicendum est. Crusianum vero etiam longius quam Bodleianum ab excerpto remotum esse censeas propter lectionem eius p. 478, 1 $\kappa\alpha\tau\alpha\lambda\alpha\mu\beta\acute{\alpha}\nu\eta$. atque ea quae loci graviore docent comprobantur minutius; cf. praecipue p. 477, 24 $\tau\acute{\omega}$ p. 477, 25 $\theta\acute{\epsilon}\lambda\epsilon\iota\nu$. praeter $\xi\omicron\iota\kappa\epsilon\nu$ (p. 477, 22) et $\pi\alpha\rho\alpha\gamma\acute{\iota}\gamma\upsilon\epsilon\theta\alpha\iota$ (p. 477, 25) textus Stobaeus idem est ac libri *E*.

brevi ecloga funditus eversa sententia Cobeti¹⁾ est qui peculiarem librorum recentiorum Platonis memoriam post Photium ortam esse voluit. Byzantinos eo quo liber *B* scriptus est anno varia traditione Phaedonis usos esse demonstratum habes. praeter Bodleianum etiam alterum fontem nostrae memoriae Phaedonis tunc extitisse in propatulo est, cuius imago praecipue ex libris *E* ($\Delta\text{C}\text{E}\text{H}\text{J}\text{L}$), deinde ex ($\Delta\Phi\text{G}\text{s}$) resuscitanda videtur.

plurimas autem lectiones quas libri recentiores Platonis Stobaeo invito praebent, veritatis specie carere concedendum est. veluti dubitari nequit quin p. 325, 19 (p. 69 E) collocatio δοκεῖ ἔμοιγε quae pro ἔμοιγε δοκεῖ in libris *E* (*ACEHJLTΓΔΦGs*) reperitur respuenda sit. ἔμοιγε δοκεῖ quam saepe in Platone occurrit commode intellegitur perlectis paucis Cratyli paginis 416 A 421 E 423 E 424 A 425 C 429 C 430 C 435 D 439 D. ubi vero pronomen personale verbo δοκεῖ postposuit, semper formam breviorē μοι nisi quid me fugit Plato usurpavit.¹⁾ deinde p. 326, 26 (p. 70 D) ῥάδιον quod codices Platonici praeter antiquissimos *BCD* pro ῥάον suppeditant spurium esse censeo, cum quomodo ῥάδιον ex ῥάον tam hoc loco quam p. 115 E et Crat. 392 B in libris quibusdam ortum sit facillime explicetur. nimirum papyro Gorgiae²⁾ in non nullis antiquis exemplis Platonici i adscriptum quod dicitur neglectum fuisse inlustratum habemus; quam litteram, si forte aderat, librarios offendisse consentaneum est. quo facilius A male iterato ex PAION PAΔION fieri potuit. item p. 332, 3 (p. 80 D) φίλε cur in libris *E* (*ΔΓΑΕJ*) expunctum sit causa patet. nempe φίλε attributum, duobus vocativis Κέβης τε καὶ Σιμμία praemissum, uni tantum vocativo accommodatum est³⁾; qua in re scribas haesisse probatur p. 82 C ubi libri (*ΔΦGs*) ἔταιρε in verbis ὦ ἔταιρε Σιμμία τε καὶ Κέβης omittunt, lectio reliquarum membranarum papyro defenditur. iam gravissimas scripturas a Stobaeo alienas librorum recentiorum falsas esse nobis persuasimus. ut igitur archetypon vetus codicum *E* (*ACEHJLT*) opera eclogarii restitui posse magis et magis speramus, ita nunc in fontium priscorum ex quibus nostra Phaedonis memoria manavit alterum inquirere conveniet. cum vero id exemplar Phaedonis vetus, cui codicum *BCD* scripturas ab ecloga ὡς . . . ἡδύ abhorrentes deberi voluimus, etiam in ea parte dialogi quam haec capituli περὶ ψυχῆς excerpta complectuntur delineare in animo sit, iam quae ab his excerptis lectiones alienae singulorum pluriumve codicum Platonis ad antiquitatem ascendere videantur erui oportet. primum igitur p. 326, 1 (p. 70 A) dissuadente Stobaeo in enuntiato ἐκείνη τῇ ἡμέρᾳ . . . ἢ ἂν ὁ ἄνθρωπος ἀποθάνῃ cum *BD* ἀποθνήσκει scribendum, cum *D* uno ἂν delendum esse moneo. nam librorum studium coniunctivum cum ἂν pro indicativo ponendi ex Crit. 50 B ἐκείνην τὴν πόλιν . . . ἐν ἣ (sic *BCD* Hermann : ἣ ἂν *Ev*) αἱ γενόμεναι δίκαι μηδὲν ἰσχύουσιν (sic *D* : ἰσχύουσιν *BCE*), ἀλλὰ ὑπὸ ἰδιωτῶν ἄκυροί τε γίνονται (sic *BCD* : γίγ-

1) cf. e. g. Crat. 423 B 438 E. Asti lexicon δοκεῖ ἔμοιγε non offert.

2) cf. Wessely, Mitteilungen a. d. Samml. Rainer 1887 II. III p. 76 sq.

3) cf. Schanz, Comm. Plat. p. 117.

ωνται *E*) καὶ διαφθείρονται (sic *BCD* : διαφθείρωνται *E*) cognitum habemus. ubi autem enuntiati sensus coniunctivum flagitat, membranas inter se consentire animadvertendum est; cf. Crit. 44 A τῆ γάρ που ὑτέραία δεῖ με ἀποθνήσκειν ἢ ἢ ἂν ἔλθῃ τὸ πλοῖον. deinde p. 329, 13 (p. 79 B) praebent *E* (*AEHJLTTGAG*) cum Stobaeo φαμέν ἂν εἶναι, quod germanum esse equidem non negaverim conlatis p. 82 A ποῖ ἂν ἄλλοκέ φαμεν (sic *BCDEv* : φαίμεν *G* Euseb.) τὰς τοιαύτας ἰέναι et p. 103 C οὐκ ἂν ποτέ φαμεν (sic *BCDv* : φαίμεν *E*) ἐθέλησαι; sed φαίμεν ἂν εἶναι codicum *BCD* (*ΦsC*) et ipsum ad antiquitatem redire Eusebius (p. 551 d) et Olympiodorus (p. 64, 18) testes sunt. praeterea p. 331, 3 (p. 80 B) ex collocatione verborum πολυειδεῖ καὶ ἀνοήτῳ quam codices *BCD* offerunt horum librorum memoriam cum ultra tempora Stobaei tum etiam Eusebii (cf. p. 552 d) recedere conligendum est. quamquam sinceram Platonis orationem hoc loco ne *BCD* quidem servasse iudico. satis autem peculiarem traditionem antiquam in familia *B* obviam esse inlustratum fore censeo, si verba καὶ ἀνοήτῳ, quorum collocatione haec familia a reliquis testibus abhorret, pro additamentis spuriiis habenda esse apparuerit. atque prorsus inepte καὶ ἀνοήτῳ dictioni quae praecedit καὶ νοητῷ ὀρπονι fatendum est. nusquam enim apud Platonem ἀνόητος verbum ab eo frequentatum id quod ratione non capitur significat; quae res neque interpretes nostri aevi praeteriit, e quibus Hermannus¹⁾ αἰσθητῷ pro ἀνοήτῳ se exspectare professus est, neque commentatores antiquos quorum Olympiodorus νοητῷ active dictum esse voluit.²⁾ at vide ne καὶ ἀνοήτῳ deletio omnis difficultas remota sit. nam quod verbis τῷ μὲν θείῳ καὶ ἀθανάτῳ καὶ νοητῷ καὶ μονοειδεῖ καὶ ἀδιαλύτῳ καὶ αἰεὶ κατὰ ταυτὰ ἔχοντι tantum quinque dictiones opponuntur, id nil offensionis habere alio loco Phaedonis clarissime probatur p. 83 B ψυχὴ . . . ἀπέχεται τῶν ἡδονῶν τε καὶ ἐπιθυμιῶν καὶ λυπῶν καὶ φόβων λογιζομένη ὅτι ἐπειδάν τις κφόδρα ἡσθῆ ἢ φοβηθῆ ἢ ἐπιθυμῆσῃ (sic *BCD* : ἢ λυπηθῆ ins. post φοβηθῆ *Ev* : post ἡσθῆ Iamblich. : καὶ λυπηθῆ post ἡσθῆ *ΔΦGs* papyr.). sicuti p. 83 B λυπηθῆ quod substantivo λυπῶν responderet, item p. 80 B ἀνοήτῳ quod νοητῷ opponeretur lectores Phaedonis antiquissimi suo periculo supplevisse existimandi sunt. etsi autem p. 80 B additamentum vel in libros *BCD* inrepsit, tamen ex eius positione singularem memoriam his libris inesse evincitur. similiter p. 331, 5 (p. 80 B) quod codices *BCD* (*ΔΦGsC*) in enuntiato ἔχομέν τι παρὰ ταυτὰ ἄλλο λέγειν . . . ἢ οὐκ οὕτως ἔχει tradunt ἢ pro ὡς librorum *E* (*AEHJLT*) Stobaei Eusebii (p. 552 d), id optimo iure Schanzium recepisse locis quibusdam veluti Phaed. 85 C Theaet. 184 C Leg. 963 D demonstratur. item p. 331, 12 (p. 80 C) membranas *BCD* ex puriore

1) cf. ed. praef. p. 15.

2) cf. Wyttenbachi adn. ad l.

fonte quam reliquos testes memoriam hausisse apparet. nam verbum διαπνεΐσθαι quod a *BCD* solis abest, in *E* (*ACEHJLLTΓΔΦGs*) apud Stobaeum et apud Eusebium (p. 553 a) legitur, Xenophon et Aristoteles inter philosophos primi usurpaverunt. denique p. 331, 10 (p. 80 C) ubi articulum τὸ ante cῶμα libri *BCD* ponunt, *E* (*ACEHJLLTΦGs*) cum Stobaeo omittunt, discidium traditionis Stobaeo vetustius esse ex Eusebii testimonio (p. 553 a) cognoscitur. postremo vide ne etiam p. 329, 25 (p. 79 C) ubi anthologio verba eadem atque membranarum *E* (*ACEHJLLTΓΔΦGs*) traduntur τοῦτο γάρ ἐστιν τὸ διὰ τοῦ cῶματος τὸ δι' αἰσθήσεως σκοπεῖν τι codicibus *BD* τὸ δι' αἰσθήσεως, Tubingensi *C* τὸ δὲ δι' αἰσθήσεως, Vindobonensi *T* ἢ τὸ δι' αἰσθήσεως pro τὸ δι' αἰσθήσεως exhibentibus, quibus variis fontibus nostra memoria Platonis nitatur apte inlustretur. quo loco Eusebium qui (p. 552 a) τὸ δι' αἰσθήσεως omittit genuinam Platonis scripturam servasse opinor; nam in sententia ἡ ψυχὴ ὅταν μὲν τῷ cῶματι προαχρῆται εἰς τὸ σκοπεῖν τι ἢ διὰ τοῦ ὄραν ἢ διὰ τοῦ ἀκούειν ἢ δι' ἄλλης τινὸς αἰσθήσεως verbis ἢ διὰ τοῦ ὄραν ... ἢ δι' ἄλλης τινὸς αἰσθήσεως notionem τῆς κέφεως τῆς ψυχῆς τῷ cῶματι προαχρωμένης planius describi, parenthesi autem quae sequitur τοῦτο (i. e. τὸ σκοπεῖν διὰ τοῦ ὄραν κ. τ. λ.) γάρ ἐστι τὸ διὰ τοῦ cῶματος σκοπεῖν τι id dogma quod in enuntiato ἡ ψυχὴ ὅταν μὲν τῷ cῶματι προαχρῆται εἰς τὸ σκοπεῖν τι ἢ διὰ τοῦ ὄραν κ. τ. λ. latet, diserte efferrī apparet. nullum igitur locum dictioni τὸ δι' αἰσθήσεως esse videmus. ut autem apud Stobaeum item atque in plurimis libris Platonis glossema in contextum orationis infarsum reperis, ita particulae δὲ Crusiani ἢ Vindobonensis verba suspecta glossatori deberi certum affirmant. — his igitur locis haud ita paucis qua memoria Phaedonis Stobaeus usus est, ea in parte maiore nostrorum librorum recurrit, singuli autem pluresve codices vetusti alteram priscam traditionem praebent. iam vero locos quosdam ubi Bodleiani memoria in parte maiore librorum Platonis comparet, gnomologus cum singulis paucisve membranarum proprie congruit occurrere dicendum est; quorum locorum plerisque de leniore differentia traditionis agitur. p. 326, 3 (p. 70 A) forma a Platone aliena praesentis διπταμένη tam in libris scriptis Stobaei quam in Platonis Vindobonensi (*Φ*) invenitur; ubi genuinam lectionem nullos libros nisi eos qui διαπτομένη tradunt, servasse liquet, quoniam ne διαπταμένη quidem codicum quorundam Platonī impertire fas est.¹⁾ praeterea lectiones pravas p. 327, 17 (p. 71 C) Vaticani (*Δ*) τὸ pro τῷ, p. 329, 2 (p. 78 C) Parisini (*Γ*) ἤπερ pro εἶπερ in anthologio recurrere adnotaverim. deinde p. 329, 11 (p. 79 A) ἢ particula quae in interrogatione ἄλλο τι ἡμῶν αὐτῶν ἢ τὸ μὲν cῶμά ἐστι, τὸ δὲ ψυχῆ responso οὐδὲν ἄλλο sequente Stobaeo cum libris (*ΦET*) communis est, in

1) cf. Schanz, ed. Plat. XII praef. p. 18. Moeris p. 207.

Vaticano (Δ) autem post τ legitur, interpolatori debetur, antiquissimam vero traditionem pars maior librorum Platonis duce Bodleiano reddit. nimirum locum quem tutores¹⁾ particulae attulere Theaet. 170 B $\tau\acute{\iota}$ ἄλλο φήσομεν ἢ αὐτοὺς τοὺς ἀνθρώπους ἠγεῖσθαι . . . ; :: οὐδὲν ἄλλο huc non quadrare atque rationibus Heindorfi et Schanzi²⁾ ἢ improbantium plurimum tribuendum esse censeo. denique p. 330, 18 (p. 79 E) ubi Stobaeus cum paucis libris ($\Delta\Phi Gs$) δέ exhibet, lectionem Bodleiani reliquorumque codicum cum eclogario pugnantium δὴ et ipsam ab antiquitate originem trahere Eusebius (p. 552 c) confirmat. ac iam ii loci ubi vetustissimos libros BCD a traditione Stobaeana non pendere aut certum aut probabile est in medium producti sunt. sed ut omnes lectiones priscae Stobaeo ignotas singularum partium nostrae memoriae Platonicae in unum componere propositum habemus, ita nunc pauciens ipsis antiquissimis codicibus cum excerptore conspirantibus discrepantes membranas recentiores ad antiquitatem ascendere commemorandum est. p. 329, 25 (p. 79 C) legitur apud Stobaeum ut in BCD pessime τό πρότε et p. 331, 2 (p. 80 B) testantur BCD ($\Phi Gs ACE$) adstipulante eclogario ψυχῆ, cum scripturam reliquorum librorum ψυχῆν Eusebius (p. 552 d) praebeat.

quaestionum criticarum quas inire oportuit calculis subductis evincitur harum eclogarum textum minime ita ex diversis familiis librorum Platonis constitutum esse, ut quas quaeque familia veras lectiones secum fert, eae in eclogis recurrant. praeter recensionem Stobaei etiam traditionem ab eo alienam in nostra memoria Phaedonis deprehendere contigit. et quoniam qui libri recensionem E eclogae ὡς . . . ἡδύ ut peculiare testes orationis Platonicae opponi debuerunt BCD , ex iis ipsis praeter duos locos³⁾ minoris momenti p. 329, 25 p. 331, 2 etiam illa quae ab his eclogis abhorret priscae memoria Phaedonis refingitur, ceterum alienas ab his excerptis librorum E ($ACEHJLT$) proprietates graviore a recenti lapsu scribarum ortum trahere probatum est, iam his testimoniis capituli περὶ ψυχῆς plane eandem rationem atque eclogae ὡς . . . ἡδύ cum singulis familiis librorum Platonis intercedere apparet. ac ne eo quidem haec excerpta ab ecloga ὡς . . . ἡδύ differunt quod cum aliis libris atque cum E ($ACEHJLT$) congruunt talibus locis paucis ubi velut p. 326, 3 p. 327, 17 p. 329, 2 p. 329, 11 p. 330, 18 hi libri cum Bodleiano ad antiquitatem ascendere videantur; nam huius quoque generis locus in ecloga ὡς . . . ἡδύ obviam fuit p. 477, 22.⁴⁾ quae cum ita sint Ioannem testimonia capituli περὶ ψυχῆς ex eodem fonte atque excerptum capituli L sumpsisse iudicandum est.

verum si libros E ($ACEHJLT$) cum eclogis Stobaeanis artius

1) cf. Hermann, ed. Plat. I praef. p. 15.

2) cf. Nov. Comm. p. 152.

3) de his cf. p. 35. 4) cf. p. 18.

quam cum reliquis codicibus Platonis cohaerere dicimus, quod maculas quasdam diversis familiis librorum Platoniorum inter se communes esse ipsa Stobaei excerpta docuere¹⁾ nunc nos fugisse credas. si e stirpe ad quam extremam omnia nostra exempla Phaedonis revocari debent, etiam ille liber ex quo excerpta anthologii ducta sunt prognatus est, qui fiat ut eadem falsae lectiones in omnibus codicibus Platonis, non apud Stobaeum compareant, expediri non posse putes. tamen vel huius rei explicationem in promptu habere mihi videor. nullam enim lacunam e Stobaeo supplendam aut sententiam quam intellegi posse desperandum esset nisi excerptor succurreret, in nostro textu Platonico occurrere observandum est; ubi scriptura communis librorum Platonis defendi nequit, aut addita-menta e libris expelluntur veluti p. 329, 5 (p. 78 C) ταῦτα δὲ p. 331, 24 (p. 80 D) δὴ aut lectiones corruptae, quae ut falsa veritatis specie splendent, ita in numerum mutationum consulto et emendandi causa factarum referendae sunt ut p. 325, 22 (p. 70 A) διαφθείρηται p. 331, 19 (p. 80 D) ὄμωσ, in integrum restituuntur. talis autem cum indoles vitiorum sit quibus libri Platonici consentiunt, hic consensus vide ne ab re eadem repetendus sit quae pro causa habenda est cur locis quibusdam veluti p. 477, 22 p. 326, 3 p. 327, 17 p. 329, 2 p. 329, 11, p. 330, 18 codices Stobaeo cognati *E* (*ACEHJLT*) libros *BCD* sequantur, membranae (*ΔΦGs*) quae plerumque ab eclogario discrepant solae eius memoriam reddant. monuimus supra²⁾ ex huiusmodi locis non modo apparere ad memoriam Stobaei refingendam praeter libros qui ab excerptore proxime absunt *E* (*ACEHJLT*) familiam (*ΔΦGs*) adhibendam esse, verum etiam unum quemque de codicibus *E* (*ACEHJLTΓΔΦGs*), quos una classi comprehendi par fuit, e Bodleiano interpolatum esse. cum igitur omnibus libris qui recensionem Stobaeanam tuendam accepere lectiones Bodleiani inmixtas esse constet, ut excerptoris recensio locis quibusdam e nostra memoria Platonica penitus expulsa sit non mirum videbitur.

ita e mixta memoria cum librorum (*ΔΦGs*) tum familiae *E* propria explicatum habemus, cur quamvis discidium traditionis Platonicae ante Stobaeum factum sit, tamen qui post eum libri scripti sunt nostri omnes communi necessitudinis vinculo cohaereant. atque diversorum rivulorum memoriae Platonicae confusio, qualis adhuc in codicibus *E* (*ACEHJLTΓΔΦGs*) probata est, nunc insistamus oportet, quippe in qua fines consistant ultra quos in explorando, quae ratio inter fontes priscos nostrorum exemplarium et inter memoriam a Stobaeo usurpatam Phaedonis interfuerit, progredi non licet. etsi enim propinqua cognatione codices *E* (*ACEHJLT*) recensionem Stobaeanam attingere demonstratum habemus, tamen descendisse ab una excerptoris memoria ne libri *E* (*ACEHJLT*)

1) cf. p. 27.

2) cf. p. 17.

quidem merito praedicantur, nisi forte cum ceteris eorum proprietatibus etiam eas quae in traditione Bodleiani recurrunt p. 477, 22 p. 326, 3 p. 327, 17 p. 329, 2 p. 329, 11 p. 330, 18 novicias esse evincitur. et ne tum quidem archetypon familiae *E* et textus Stobaeani peculiare cogitare liceret; immo si lectiones quae libris *E* (*ACEHJLT*) cum codice Oxoniensi communes sunt velut p. 477, 22 $\xi\omicron\upsilon\kappa\acute{\epsilon}\ \tau\iota$ spuriae essent, ipse vetustissimus liber *B* a memoria *E* penderet. concesso vero non modo ab excerptoris recensione, verum etiam a traditione Bodleiani libros *E* (*ACEHJLT*) descendisse, rursus nisi *E* (*ACEHJLT*) p. 477, 22 p. 326, 3 sq. iisdem vitiis atque Clarcianum occupatos esse firmatum erit, memoriam *E* post Stobaeum e codice *B* interpolatam esse pro certo dici nequit. etiamsi enim codicum *E* (*ACEHJLT*) cum excerptore consensus plurimis locis gravissimis probatus lectiones ab eclogis alienas horum librorum ab eorum archetypo afuisse omnes ad unam ut sumamus suadeat, tamen proprietates eiusmodi quae ut p. 477, 22 $\xi\omicron\upsilon\kappa\acute{\epsilon}\ \tau\iota$ ad ipsum Platonem redire videantur, recensionis archetypae *E* relinquere ratio postulat. utrum igitur ex uno eodemque exemplari antiquo diversae nostrorum codicum familiae in quibus scripturae anthologii comparent suam quaeque partem memoriae Stobaeanae petiverint, an recensio qua excerptor usus est ipsa e variis fontibus constituta fuerit, in ambiguo relinquendum esse acriter moneo.

ut autem dubitari debet num recensio Stobaeana pro fonte habenda sit ex quo mixto cum traditione Bodleiani recensiones librorum *E* (*ACEHJLT*) et (*ΔΦG*s) ortae sint, sic id quidem certum esse adhuc nobis visum est in definita parte codicum Platonicorum, in codicibus *BCD* nullas Stobaei peculiare lectiones occurrere; cum traditio *B* etiam in reliquis libris Platonis, modo in his modo in illis, obviam esset, tamen ex *BCD* solis quaequumque a gnomologo aliena memoria Phaedonis ad nos pervenit, eam plenam cognosci posse. at nunc valde verendum esse dicamus oportet, ne *BCD* item memoriae Stobaeanae atque *E* (*ACEHJLTΓΔΦG*s) traditionis *B* participes sint. nisi casu Stobaeus cum *BCD* p. 329, 25 lectione corrupta $\tau\omicron$, p. 331, 2 ubi Eusebius cum libris plerisque $\psi\upsilon\chi\eta\nu$ exhibet, lectione $\psi\upsilon\chi\eta$ congruit, etiam recensio *B* e compluribus libris antiquis conflata est. sic vide ne quamvis testimoniis Stobaeanis dilucide perspectum habeamus varia memoria antiqua nostram memoriam Phaedonis niti, tamen quae exemplaria dialogi media aetate scripta sunt, ea in duas classes duabus priscis recensionibus respondentes Stobaeo consulto secare frustra temptemus.¹⁾ immo si modo traditione apud Stobaeum obvia certus fons nostrae memoriae Phaedonis repraesentatur, etiam si ad duos libros veterum nostri omnes redirent, nostros libros in duas classes dividi omnino non posse demonstratum est.

1) ita corriguntur quae p. 17 dicebantur.

sed satis probabile esse e pluribus quam duobus libris veteribus varias familias codicum Platoniorum exortas esse modo¹⁾ ediximus. librorum *E* (*ACEHJLT*) recensionem item a libris (*ΔΦGs*) ut classem *E* (*ACEHJLTΓΔΦGs*) a membranarum *BCD* iam ante Stobaeum distinctam fuisse admodum veri simile nobis visum est. trium autem recensionum Phaedonis uni cuique variam traditionem priscam inesse fusius inlustrare adhuc satis fuit et commodum; ut in communibus librorum *E* (*ACEHJLT*) lectionibus recensio Stobaeana, in libris *BCD* traditio excerptori ignota clarissime apprehenditur, ita scriptura totius familiae (*ΔΦGs*) propria praeclarum et insigne exemplum conflatae memoriae est, quam omnes libros Platonios qui acrius intuentur prae se ferre perspiciunt. at iam quot peculiare in partes libri nostri discedant nos nondum accurate exploratum habere in eo est ut moneamus. cum adhuc instar testis unius codices *BCD* item atque libros (*ΔΦGs*) et *E* (*ACEHJLT*) habuerimus, clarissimum esse nunc statuere interest unum archetypon refingere ne ex iis quidem qui saepissime inter se proprie conspirant codicibus licere, nisi ubicumque iidem libri secum discordant, ibi altera pars eorum menda recenti laborat. ita dicemus necesse erit, etiamsi *BCD* aequae ac (*ΔΦGs*) et *E* (*ACEHJLT*) peculiaribus scripturis plurimis inter se congruant, tamen nec *BCD* nec (*ΔΦGs*) aut *E* (*ACEHJLT*) ab una stirpe totos tractos videri. ac primum quidem cum loci obviam sint qualis legitur p. 326, 3 ubi de libris (*ΔΦGs*) unus (*Φ*) cum Stobaeo διπταμένη exhibet, (*ΔGs*) cum aliis membranarum Platonis ad antiquitatem ascendere videntur, libros singulos familiae (*ΔΦGs*) e variis fontibus constitutos esse indicatum habemus. deinde quamvis multis lectionibus gravissimis libri *BCD* a reliquis omnibus Platonis distinguantur, et eum locum occurrere fatendum est ubi ipse *B* una cum *C* memoriam Stobaeo probatam classis *E* (*ACEHJLTΓΔΦGs*) sequitur, *D* unus verum rettulit²⁾, et eum ubi *BC* a fonte antiquo pendere eclogarius confirmat, attamen librum *C* ipsum quoque traditione prisca uti veri simillimum est.³⁾ denique cum ad memoriam Stobaeanam e nostris libris refingendam praeter codicem *E* etiam libros (*ACEHJLT*) adhibere necesse fuerit, tamen p. 327, 14 de familia *E* (*ACEHJLT*) unus *E* lectionem excerptoris οὐκ ἐξ ἀδικωτέρου tradit, codicum (*ACEHJLT*) scriptura ἐξ ἀδικωτέρου et veritatis specie splendet et in Oxoniensi libro recurrit.

quo plures autem recensiones propriae Phaedonis, quarum quaeque cum Stobaeo comparata variam traditionem priscam secum ferre videtur, nobis suppetunt, eo minus earum omnium originem a duobus tantum libris veteribus repetere opinor fas erit. et praesertim cum

1) p. 35. 2) cf. p. 326, 1 ἦ . . . ἀποθνήσκει. vide p. 30.

3) cf. p. 329, 25 τὸ δὲ δι' αἰσθήσεων. vide p. 32.

plane eodem iure quo nos codices *E* (*ACEHJLT*) ad librum priscum Stobaeano diversum revocare volumus, etiam recensionem (*AC EHJL*) a recensione *E* iam antiquitate secretam fuisse quis dicturus sit, ne de aetate singularum recensionum quid certi praedicemus cavendum est.

Appendix.

1) τὸ ἀμα cum Riddellio probavit Schanz p. 91, 1 2) θέλειν hic ferri potest quia μή praecedit. at post consonas nil nisi θέλειν Platonem usurpasse libris scriptis eius titulisque Atticis (cf. Meisterhans³, gramm. inscr. Att. p. 178) docti sumus. Blais et Horna qui nuper (Berichte d. Sächs. Gesellsch. d. W. 1899 p. 162) Usenero θέλειν a Platone abiudicanti (Gött. Nachr. 1892 p. 50) obstitere nil novi attulerunt neglectis iis quae Schanz (Nov. Comm. p. 102) conguessit 3) cf. Moeris, ed. Bekker. p. 193. Meisterhans³ p. 177. — librarius qui *E* exaravit praeter hunc locum etiam ed. Schanz. p. 129, 4. 142, 13 ᾗ omisit. multo saepius vero forma falsa in *BCD* inrepsit, ita p. 101, 16. 106, 9 bis. 108, 20. 124, 16. 175, 9. constantius quam codex Oxoniensis videtur ᾗ offerre Parisinus vetustissimus, cf. Bekker ad Remp. 329 C ᾗ γίνεται *A* qui nusquam aliter 4) ἐπεὶ οὐκ ἐδύνατο, συνῆψεν libri (*J*) lectio ab usu Platonis aliena. rarissime apud eum ἐπεὶ pro ἐπειδὴ positum invenitur, legitur Parm. 158 B Clit. 406, nota Theag. 126 C ἐπεὶ δὲ δὴ. similiter inscriptionibus ἐπεὶ pro ἐπειδὴ perraro traditur, cf. Meisterhans³ p. 252. e coniectura igitur non debuit Hermann Civ. 477 A ἐπεὶ scribere. ceterum ab Attico usu Platonis usus Xenophonteus abhorret, cf. Anab. 1, 3, 5. 1, 3, 6 5) ἡδυνάμην ita ut ἡμελλον ἡβουλόμην tituli Attici non ante Platonem mortuum praebent, cf. Meisterhans³ p. 169. libri Platonici testantur ἡβούλου in Alcibiade II dialogo spurio p. 144 B. inter veteres grammaticos alii formas cum ἠ augmento sermoni Atheniensi addixere, alii eas ab eo abhorreere iudicarunt. tamen nobiliores ἠ probavere, cf. Herodias II p. 354 Moeris p. 198 6) quae ratio inter formas ζυν et κυν in libris *B* et *C* intersit, accurata Schanzi quaestione (Nov. Comm. p. 156 sq.) exploratum est. de libris Bekkerianis, utpote qui parum diligenter excussi sint, iudicari nequit. *E* praebet ubicumque *BCD* κυν habent formam eandem. deinde *E* tribus locis quibus *BCD* ζ̄ testantur ed. Schanz. p. 124, 23. 126, 19. 128, 8 vocabula a ζ̄ incipientia suppeditat. at si omnes loci spectantur, scriptura Thucydidea ζυν (cf. Poppo ad Thuc. I p. 209. 399) multo saepius in *E* comparet quam in vetustioribus libris, cf. 104, 4. 8. 114, 22. 122, 17. 127, 20. 133, 2. 7. 9. 135, 21. 136, 14. 26. 140, 2. 7. 144, 5. 11. 24. 25. 145, 1. 2. 4. 6. 146, 7. 8. 12. 148, 12. 153, 12. 155, 10. 14. 15. 17. 156, 16. 17. 157, 14, 18. 158, 1. 8 bis. 160, 3. 23. 161, 13. 162, 26. 28. 164, 5. 165, 18. 19. 169, 22. 173, 23. 174, 1. 175, 9. 178, 10. 186, 9. cum tituli Attici inde a bello Peloponnesiaco confecto in paucissimis tantum certis vocibus ζ̄ praebent (cf. Meisterhans³ p. 220), minus probabile est Platonem totiens formam cunctiorum, quotiens ea in *E* legitur, adhibuisse. cf. etiam Diels, D. Litteraturzeitung (1901) p. 3033 7) indicativum ἀπόλλυται defendi p. 26. — alterum λ̄ in ἀπόλλυθαι omittit *C* etiam ed. Schanz. p. 137, 26. 138, 2, *E* p. 144, 3. 144, 8. 9. 145, 10. 150, 18 Crit. 79, 9. 11. tamen saepius in *E* ut in *B* semper per duas λ̄ ἀπόλλυθαι scribitur, cf. p. 137, 26. 138, 2. 151, 14. 153, 16. 27. 162, 3. 164, 11. 167, 13. 16. 24

8) Plato in ἀποθνήσκειν ἰ adscripsit, cf. Usener, Ann. phil. 91 (1865) p. 245 sq. Meisterhans³ p. 177. praeter papyrum p. 67 E etiam Bodleianus genuinam scripturam servavit, vide ed. Schanz. p. 92, 12. 93, 12. 95, 5. 19. 97, 17. 103, 18. 104, 11. 110, 26. 112, 2. 120, 10. 121, 11. 139, 14. 168, 13. 9) de crasi ἀνθρωπος novissime disputavit Schanz Nov. Comm. p. 98. 10) tituli Attici vivo Platone incisi formam αὐτοῦ fere totiens quotiens ἑαυτοῦ praebent, cf. Meisterhans³ p. 153. codices Platonici in Phaedone modo bisyllabam modo trisyllabam testantur formam, sed inter se plerumque consentiunt. duobus tantum locis ed. Schanz. p. p. 98, 8. 108, 2 pone καθ' in E formam ampliorem, in BCD breviorē reperis, duobus aliis p. 129, 11. 17 BCD soli longiore utuntur. etiam papyri scriptura variat, p. 83 A ἐστυήν habet ubi membranae cunctae αὐτήν exhibent, p. 84 A bis αὐτήν ubi illae ἑαυτήν praebent. reliquis locis papyro servatis libri membranei cum papyraceo formam bisyllabam suppeditant p. 127, 17. 130, 17 bis. 180, 18. bisyllaba inde ab Alexandrina aetate rarissima est in inscriptionibus Atticis, apud tragicos et Isocratem tragicos imitantem erat usitatissima, cf. Br. Keil, Anal. Isocr. p. 111. 11) ααῶς pro glossa ad ἰσως apposita habeo; quam qui adiecit ἰσως non urbane ac leniter, sed ita ut p. 67 A in sententia τοῦτο δ' ἔστιν ἰσως τὸ ἀληθές fortius dictum voluit. 12) Heindorf defendebat ποιούμεν inepte comparato Civ. 530 D καὶ ἡμεῖς . . . συγχωροῦμεν. ἢ πῶς ποιούμεν; 13) εἶτε — ἢ interrogationem disiunctivam inducere Leg. 938 B nescio quam membranam secutus Ast lexic. I p. 646 contendit. revera εἶτε — ἢ pro εἶτε — εἶτε i. q. πότερον — ἢ valet C. J. A. I 40, 5 διαχειροτονῆσαι τὸν δῆμον αὐτίκα πρὸς Μεθωνάιους, εἶτε φόρον δοκεῖ τάττειν τὸν δῆμον αὐτίκα μάλα, ἢ ἔξαρκεῖν αὐτοῖς τελείν δσον τῇ Θεῷ ἀπὸ τοῦ φόρου ἐγγίγντο. 14) ἐκέῖσε recipere potuerunt Ast et Schleiermacher, quippe qui ἐκεῖ ad ἀφικόμενα referendum putarent. sed pessime Platoni dictio εἰς ἐν ἀφικόμενα similis Sophocleae Oed. R. 90 προδείξας εἰμὶ vindicatur. etsi enim apud eum saepius εἶναι cum participio alius verbi coniunctum legitur (cf. Phaedr. 249 D ἔστιν . . . δεῦρο . . . ἦκων. Men. 84 A οὐ ἔστιν . . . βαδίζων. Ast, lexic. I p. 622), tamen aoristi participium nullum ita copulatum occurrit. ne ἔσομαι quidem participio aoristi adiunctum reperiri, cuius usus apud reliquos scriptores generis cuiusvis exempla crebra sunt, cf. Krueger, gramm. graec. § 56, 1 sq. — igitur εἰς ἐν cum ἐκεῖ coniungemus, lectio libri (L) petita videtur ex p. 58 E ἐκέῖσε ἀφικόμενον. 15) Schanz et hoc loco et Soph. 245 E a scriptura εἰδόμεν vetustiorum codicum temere recessit. nam satis constat εἰδέναι non solum i. q. scire, sed etiam i. q. cognoscere significare. cf. Theaet. 202 E ἰστέον δῆ. Symp. 217 C ἰστέον ἤδη τί ἐστι τὸ πρᾶγμα. Phaedr. 246 C οὔτε εἰδότες (sic B, accipi debet: ἰδόντες) οὔτε ἰκανῶς νοήσαντες Θεόν. Lys. 204 A: βούλει οὖν ἐπεσθαι ἴνα καὶ εἰδῆς τοὺς δντας αὐτοῦ. Lysias or. 12, 100 οἶμαι δ' αὐτοὺς ἡμῶν τε ἀκροᾶσθαι καὶ ὑμᾶς εἰσcesθαι τὴν ψῆφον φέροντας. — quamquam monendum est εἰδόμεν (in B praecipue) etiam iis locis legi ubi diphthongum licentiae scribarum deberi pateat. vide Crat. 385 E φέρε δῆ εἰδόμεν (sic BT). 424 B εἰδόμεν B: ἰδόμεν T. 428 D καὶ δῆ καὶ νυνὶ ἡμεῖς εἰδόμεν (sic B: ἰδόμεν T). 435 E ἔχε δῆ εἰδόμεν (sic B: ἰδόμεν T). Theaet. 169 D ἀντιλαβόμεθα . . . καὶ εἰδόμεν (sic B: ἰδόμεν T). Soph. 223 B ἐτι δὲ καὶ τῆδε εἰδόμεν (sic BT: ἰδόμεν W). 257 A εἰδόμεν δῆ καὶ τότε (sic BT: ἰδόμεν W). 260 E ἴνα κατείδόμεν (sic T: κατἰδόμεν B). Parm. 158 B ὠδε εἰδόμεν. Lach. 190 C ἀλλὰ . . . εἰδόμεν (sic B: ἰδόμεν T). e contrario scribae εἰ in ἰ mutarunt e. g. Charm. 155 D ubi ἰδον in BT invenis. bene consentiunt in ἰδόμεν B et T Phaedr. 268 A Gorg. 455 A al. — cf. etiam adn. 47. 16) de formis οὔτως οὔτω dixit Schanz Nov. Comm. p. 4 sq.; in uno quoque codice Platonis saepissime ante consonas οὔτως invenitur, itemque οὔτω ante vocales ipsi vetustissimi libri aliquotiens prae-

bent. in media oratione legitur οὕτω vocali sequente in *B*, cui *T* plerumque astipulatur, Euthyphr. 9 E Apol. 22 E Crat. 439 D Theaet. 152 B 159 B 209 C Soph. 245 B Symp. 191 C Phaedr. 257 D Erast. 133 C Protag. 351 C. deinde saepenumero in fine enuntiati, etsi sententia quae sequitur a vocali incipit, οὕτω traditur. in dialogis primo editis Schanz ubique librum *B* expressit, in posterioribus ante vocales nil scripsit nisi οὕτω. cf. Kühner-Blafs, gramm. graec. I 296. — forma οὕτω, de qua cf. Herodian. I 509, in codice *E* ante vocales frequentatur, ita Euthyphr. 4 E Apol. 19 A Phaed. 91 B; similiter reperitur in *E* Apol. 26 E οὐτοῖν ὦ. 33 D οὐτοῖν ἐμός

17) totum enuntiatum in (*L*) ita constituitur: ἀρα ἀναγκάσθων, δὸν ἐστὶ τὴν ἐναντίον, μηδαμῶθεν ἄλλοθεν γίνεσθαι ἢ ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἐναντίου. quod si αὐτό post ἄλλοθεν deletum, δῶς in δῶν mutatum est, libri (*L*) scribam iudico αὐτό ad δῶς referre noluisse. lectio vulgata firmatur loco ab Heindorfio adlato Leg. 667 B δεῖ τόδε γε εἶναι ἀπαικῶν, δῶς ἐμπαρέπετα τις χάρις, ἢ τοῦτο αὐτὸ μόνον αὐτοῦ τὸ σπουδαιότατον εἶναι ἢ τὴν ὀρθότητα

18) particula δαί Aristophaneis et Platonicis libris fere solis traditur (cf. Krueger, gramm. graec. § 69, 16) ac iam ne a Platonis quidem editoribus admittitur. — in Phaedone formulam τὴν δαί recentioribus codicibus traditam Oxoniensi obrusit corrector ed. Schanz. p. 89, 13. 93, 4. 98, 16. 17. 99, 12. 100, 4. 105, 13. 110, 18. 114, 14. 115, 11. 21. 118, 14. 120, 1. 123, 5. 24. 125, 3. 146, 6. 14. 148, 10. 149, 21. 159, 16. 181, 13. item in aliis haud paucis dialogis nulli libri nisi recentiores δαί praebent, velut Euthyphr. p. 4, 6. 11, 1. 12, 7. 21, 25. 22, 16 Crit. 76, 16. 18. 84, 13 Theaet. 16, 21. 31, 8. 41, 35. 64, 2 Phaedr. 1, 15 Lach. 58, 16 Gorg. 1, 12. 2, 24. 26. 12, 2. 24, 16. 31, 28. 73, 20. in Marciano *T* occurrit δαί e. g. Theaet. p. 9, 23. 32, 13. 59, 6. 77, 26 Soph. 12, 17. 23, 16. 28, 4. 20. 31, 7. 51, 26. 80, 12 Phaedr. 59, 29 Alcib. I 36, 13. 37, 10. 39, 2 Charm. 9, 21 Lach. 40, 29. 54, 16. his igitur locis omnibus libri *B* prima manus τὴν δέ scripsit. at in Menone manus eadem nil nisi τὴν δαί exaravit, cf. p. 116, 17. 118, 26. 119, 4. 125, 21. 132, 30. 140, 21. 147, 13. 18. 148, 29. 150, 26. 153, 34. 154, 26. in Parisino *A* legitur τὴν δαί, sed αἰ in rasura e. g. Leg. p. 46, 19. 53, 27. 98, 10. 21, τὴν δέ comparet e. g. p. 22, 6. 28, 32. 31, 21. 46, 17. 69, 26. — haec cum sit librorum scriptorum memoria, Platonem formulas τὴν δαί et τὴν δέ promiscue usurpasse Hermanno dissentiente (cf. ed. Plat. I praef. p. 5) Schneiderum secutus (cf. ad Civ. I p. 155. 307) censeo

19) libri Platonis formam triplicem καὶ ἐάν ed. Schanz. p. 169, 2. 179, 27, καὶ ἄν p. 92, 24. 145, 21, καὶν p. 109, 12. 169, 4. 181, 18 testantur. in Phaedone *BCD* saepius quam *E* καὶ ἄν habent, cf. p. 109, 16. 126, 8. eadem forma iam in titulo ante bellum Peloponnesium scripto C. I. A. IV 1b, 35 b 18 occurrit. itaque quamquam inscriptiones vivo Platone incisae formam ἄν non praebent (cf. Meisterhans³ p. 256), tamen post diphtongos philosophum ἄν exarasse dubitari nequit. post consonas in Phaedone duodécies ἐάν reperitur, semel post ῥ ἄν p. 146, 16. item post brevem vocalem omnes libri semel tantum ἄν habent p. 151, 7. scriptura δὲ ἄν quae bis invenitur, non potest in censum vocari. — cum ea ratio inter formas ἐάν et ἄν in Phaedone intersit, quaerere utile videtur, num etiam in aliis dialogis inter has formas eadem ratio recurat. praeter Phaedonem igitur Euthyphronem Apologiam Critonem Cratylum Theaetetum inspexi. in his dialogis post ῥ ἐάν undequadrages legitur Euth. p. 14, 23. 24, 11 Apol. 36, 24. 40, 28. 41, 16. 45, 18. 58, 6. 59, 24. 64, 5 Crit. 68, 2. 70, 23. 75, 15. 79, 19. 83, 6. 84, 18. 85, 8 Phaed. 97, 6. 126, 24. 136, 4. 15. 143, 19. 151, 7 Crat. 3, 16. 17. 6, 30. 11, 25. 18, 22. 48, 4. 65, 6. 75, 31. 76, 23. 78, 25. 81, 9 Theaet. 18, 25. 28. 34, 7. 60, 22. 99, 30. 32, ἄν quinques Apol. 35, 15 Crat. 75, 11 Theaet. 7, 1. 44, 25. 57, 6; post ῥ ἐάν vicies bis Euth. 13, 28 Apol. 58, 1 Crit. 80, 17. 82, 23 Phaed. 127, 8. 136, 14. 140, 12. 153, 9. 158, 4. 164, 19 Crat. 25, 13. 55, 29. 56, 8. 75, 23. 76, 6 Theaet.


14, 6. 22, 19. 28, 13. 35, 19. 29. 71, 20. 77, 8, ἄν quater Crit. 84, 6 Phaed. 146, 16 Crat. 53, 14 Theaet. 11, 8. post $\bar{\rho}$ semel ἔάν reperitur Euth. 7, 14, ἄν bis Crat. 74, 14 Theaet. 6, 34; post $\bar{\kappa}$ semel ἔάν Crat. 55, 27. sexies ἄλλ' ἔάν scriptum est Apol. 47, 23 Phaed. 158, 10 Crat. 60, 23 Theaet. 15, 20. 71, 18. 98, 13, semel ἄλλ' ἄν Theaet. 55, 6. post diphthongos et longas vocales ἔάν septuagies quater comparet Euth. 5, 1. 3. 7, 14 bis. 13, 20 Apol. 36, 24. 38, 20. 43, 6. 46, 2. 5. 47, 14. 51, 3. 58, 8. 64, 7. 9 Crit. 67, 11. 68, 11. 17. 73, 8. 74, 16. 79, 20. 21. 80, 15. 84, 19. 85, 7 Phaed. 96, 23. 102, 9. 113, 1. 126, 18. 159, 6. 169, 2. 179, 27 Crat. 7, 3. 9. 20. 11, 24. 17, 13, 15. 19, 25. 26, 7. 27, 22. 30, 1. 38, 25. 43, 7. 53, 10. 70, 7. 72, 30. 75, 28. 78, 26 Theaet. 11, 9. 13, 24. 15, 21. 18, 23. 20, 14. 21, 16. 33, 6. 35, 26. 37, 16. 38, 8. 44, 23. 51, 1. 56, 13. 15. 65, 30. 33. 73, 24. 74, 14. 84, 34. 89, 5. 90, 19. 93, 30. 97, 28. 29. 98, 22, ἄν quater decies Euth. 3, 10. 6, 15 Phaed. 92, 24. 126, 13. 143, 18. 145, 27 Crat. 7, 22. 24, 2. 66, 8. 67, 14. 74, 5, 13 Theaet. 56, 9. 60, 8. post $\bar{\iota}$ quattuor locis ἔάν traditur Euth. 22, 20 Apol. 39, 16. 24 Phaed. 101, 23, semel tantum Theaet. 51, 2 omnibus libris ἄν. post $\bar{\alpha}$ legitur ἔάν decem locis Euth. 8, 19 Crit. 79, 20. 85, 21 Phaed. 113, 4. 157, 7 Crat. 65, 6. 75, 2 Theaet. 77, 7. 78, 28. 85, 12, ἄν tribus Phaed. 151, 7 Crat. 60, 20. 74, 6, post \bar{o} ἔάν bis. Crat. 7, 6 Theaet. 85, 22, ἄν semel Theaet. 37, 30. — ex his copiis apparet ἄν libris Platonici non tantum post eas syllabas tradi, post quas litteram $\bar{\epsilon}$ propter aphaeresin omissam esse dicere licet. tamen ἔάν adeo crebro reperimus, ut omnibus iis locis, quibus elisio litterae $\bar{\epsilon}$ in voculis δέ et γέ statuenda an forma ἄν legenda sit incertum est, Platoni ἔάν reddendum videatur. philosophus ipse prosodiis usus non est. itaque nos secundum titulos Atticos scribere par est Apol. 31, 25 μηδ' ἔάν pro μηδέ ἄν, Phaed. 101, 11 δ' ἔάν pro δέ ἄν, 109, 15 τί δ'; ἔάν pro τί δέ; ἄν, Crat. 1, 14 οὐδ' ἔάν pro οὐδέ ἄν, 22, 15 δ' ἔάν pro δέ ἄν, 28, 14 τοῦτό γ' ἔάν pro τοῦτο γε' ἄν. similiter dubito an pro μηδ' ἄν Euth. 7, 18 et οὐδ' ἄν Crit. 76, 25 Crat. 17, 17 μηδ' ἔάν et οὐδ' ἔάν restituenda sint. librarii $\bar{\epsilon}$ elisisse videntur quasi de forma consueta οὐδ' ἄν ageretur 20) $\bar{\nu}$ paragogicum aequae ante consonas atque ante vocales in titulis Atticis comparet, cf. Meisterhans³ p. 112. inter poetas Athenienses Aeschylus ut positionem quae dicitur efficeret saepius quam Sophocles Euripides Aristophanes illam litteram usurpavit, cf. Br. Keil, Anal. Isocr. p. 121. tamen eadem in recentibus Atticis inscriptionibus multo crebrior est quam in vetustioribus. libri Platonis praeter paucos *B D T A* qui usum titulorum secuntur, $\bar{\nu}$ paragogicum ante vocales exhibent, ante consonas omittunt, normam eandem tenent codices Stobaeani 21) ubi de re iam in medium prolata agitur (cf. p. 71 A δύο γενεαί), articulus locum suum tuetur 22) ἰκανῶς σοι nullum verbum desiderat, cf. Men. 75 B ἰκανῶς σοι, ἢ ἄλλως πως ζητεῖς; 23) si titulis libroque *B* fides est, forma ταῖν a Platone abiudicari debet; quae tamen saepius vel in codices *T* et *A* se insinuavit. cf. Schanz, ed. XII praef. p. 11. Meisterhans³ p. 123. Kühner-Blafs I p. 604 24) in sententia θεὸν δὴ πάλιν γίνεσθαι Heindorf deī pro δὴ voluit, sed cf. Civ. 408 C θεὸν δὴ κεραυνωθῆναι αὐτόν. infinitivus adhibetur in enuntiativo relativo etiam Phaed. 109 B. 110 B. 111 A. contra deī traditur libris plerisque idque recte p. 107 D (p. 434, 21) ubi (*L*) cum Stobaeo deī habet 25) τὰ αὐτὰ librorum *E v* quod sententiae vi convenit ex ταῦτα ita natum videtur, ut librarii de ταῦτά agi arbitrati crasin dissolverent, veluti dissolverunt p. 78 C. 78 E. 79 A, cf. Schanz, Nov. Comm. p. 99. ipsum Platonem saltem in formula κατὰ ταῦτά constanter usum esse crasi veri simile est propter titulos, cf. Meisterhans³ p. 71. p. 155. — in libris Stobaeanis saepissime falsam prosodiam dictioni contractae ταῦτα additam vides, ita p. 329, 4. 329, 9. 329, 10. 330, 1. 331, 4 26) (Δ) articulus τῶ in verbis


ποτέρω οὖν ὁμοιότερον τῷ εἶδει φαμέν ἂν εἶναι . . . τὸ σῶμα pessime omittente demonstrant Phaed. 79 D ποτέρω . . . τῷ εἶδει. Crat. 439 A ποτέρα . . . ἢ μάθησις (sic codd. : ἢ inducit Hirschig). Politic. 264 E ὀποτέρας . . . τῆς τέχνης (τῆς om. A). Sarm. 149 E ὀποτέρω . . . τῷ εἶδει. Phaedr. 263 C ποτέρου . . . τοῦ γένους (sic. *BT*: τοῦ om. Σ). Gorg. 521 A ἐπὶ ποτέραν . . . τὴν θεραπείαν (sic *BT*: τὴν om. T). Men. 87 B ὀποτέρω . . . τῷ ὀνόματι. Leg. 663 C τὴν δ' ἀλήθειαν . . . ποτέραν. — cf. Krueger, gramm. graec. § 50, 11. 24 27) ἐλέγομεν quod *Ev* p. 329, 17 cum Stobaeo, p. 329, 18 soli praebent, utroque loco minus apte dicitur. similiter Crat. 398 D male in *T* ἐλέγομεν pro λέγομεν libri *B* scriptum. verum Phaed. 73 C imperfecto quod *BCD* offerunt, locum esse probavit Hermann ed. praef. p. 14. deinde hic moneo ἐλέγομεν p. 79 C omnibus testibus relatum sane retinendum esse, verba τὸδε πάλαι ἐλέγομεν spectant *al* p. 65 B sq 28) quod non solum in Platonis membranarum (*AGSJ*), verum etiam in parte Eusebianarum Praep. ev. p. 552 b obviam est ἀληθῶς librariis videlicet debetur, quos dictio καλῶς κα. ἀληθῆ offendeat. ἀληθῆ cum adverbio copulatum occurrit etiam Protag. 352 D Ion. 538 E. ἀληθῶς plerumque apud Platonem i. q. revera valet perraro ut Phaed. 93 B i. q. recte; huius significationis Asti index exempli promittit nulla 29) Plato formas πρόσθεν et ἔμπροσθεν promiscue usurpavit. ut hoc loco, ita p. 108 A (435, 9) et Euthyphr. 15 C libri recentiores πρόσθεν, vetustiores ἔμπροσθεν praebent. aliis locis, velut Phaed. 86 E. 94 C Crat. 410 D forma brevior in *B* comparet, plenior in vulgata 30) saepissime Plato ψυχή sine articulo dixit, cf. Kühner-Gerth, gramm. graec. I p. 606. tamen testibus inter se dissentientibus quid singulis locis philosophus scripserit aliquotiens difficile est diiudicatu. ed. Schanz. p. 124, 22 (praep. ev. p. 552 d) libri Eusebiani pugnant cum Platoniciis Stobaeanicisque, p. 125, 2 Eusebiani item atque Platonici inter se ipsi. multis locis recentiores codices Platonis articulum suppeditant, vetustiores omittunt, ita p. 83 C. 87 D. 95 C. 105 D. contra evenit p. 70 B (p. 326, 8) 31) saepenumero pro δὴ singuli libri δέ vere exhibent. ut hic codicis (*A*) scripturam ὄρα δέ Stobaeus probat, ita haud scio an etiam p. 69 *E* (p. 325, 18) εἰπόντος δέ τοῦ Σωκράτους ταῦτα unius Vaticani lectio genuina sit, sf. Symp. 212 C εἰπόντος δέ ταῦτα τοῦ Σωκράτους. similiter Gorg. 450 C. 452 B Men. 88 A Phaedr. 229 E δὴ codicum *BT* Schanz respuit, δέ sive libri (*A*) sive (*T*) sive aliorum recentiorum accepit. Gorg. 497 E *B* (*A*) ἄθρει δέ, reliqui ἄθρει δὴ habent. Men. 92 E δέ libris plerisque inter quos *BT* sunt pro δὴ pessime traditur. Crit. 44 B ἔτι δέ defendi potest 32) vide ne scriptura codicum *BD* καὶ κατ' αὐτὰ αὐ ποτέρον σοι δοκεῖ Platoni tribuenda sit comparatis Phaedr. 229 E ἐμοὶ δέ πρὸς αὐτὰ (sic *B*: ταῦτα *T*) οὐδαμῶς ἔστι χωλὴ. Leg. 820 E θαυμά γε περὶ αὐτὰ (sic *A*: ταῦτα reliqui) ἔστι. Phaed. 63 B χρῆ με πρὸς αὐτὰ (sic *G*: ταῦτα reliqui) ἀπολογῆσθαι 33) εὐδιάλυτος apud Aristotelem primum legitur 34) verba in (*T*) neglecta unum versum libri *T* efficere Schanz Platocodex p. 41 statuit











THIS BOOK IS DUE ON THE LAST DATE
STAMPED BELOW

AN INITIAL FINE OF 25 CENTS

WILL BE ASSESSED FOR FAILURE TO RETURN
THIS BOOK ON THE DATE DUE. THE PENALTY
WILL INCREASE TO 50 CENTS ON THE FOURTH
DAY AND TO \$1.00 ON THE SEVENTH DAY
OVERDUE.

SEP 24 1940

7 Dec '59 GC

LD 21-100m-7,'39 (402s)

YB 23656

